

non imparem unanimi electione substituatis, ac optimo
totius Ordinis regimini, regularique observantiae conve-
nientia instituta condere satagatis, quæ potissimum ad
Divinum Cultum, Sacrasque Cæremoniæ rite exercendas
concernunt; Cum vobis, quibus cor unum in charitate,
& zelo inest anima una, uniformem etiam in ritibus nor-
maini, & concordem in cæremoniis regulam profitendi,
provehendique per universas Provincias præcipua cura-
sit, & studium. Vobis igitur, ac vestris oculis hoc opus
subiicio, quod sicut jam satis laudatum, & pluries typis
editum non ingratum fore confido, nec deditaturos ve-
stro nomine inscribi, ac patrocinio submitti, cum vestrae
benignitatis singulare sit, ac præcipuum benevolo aspe-
ctu minima inspicere; Quod si vestra approbatione fece-
ritis, faventique animo suscipiatis, & opus majori splen-
dore fulgebit, & me vinculo servitutis vobis perpetuò
devincietis.

Genuæ an. 1734.

PP. VV. RR.^{rnum}

Humil., Obsq., Addict. Famulus

Fr. Joseph Maria Roisecus in Prov. Genuen.

Provincialis Minimus.